

FIGURÆ referenda ad pag. 196.

ICON I.

ABC. Thermoscopium affixum ad asserem DEFG per circulos æneos MNO.

DEFGHIKL. Machina lignea, quæ Thermoscopium sustinet: ut tabulæ imponi queat, & inde tolli.

PQ. Vas, intra quod Thermoscopi bulbus immitti potest. Tumque liquores miscendi successive infundi queunt, & permisceri.

ICON II.

ABC. Thermometrum Fahrenheitianum primum. Spiritus tincti dilatatu, caloris incrementa in atmosphæra notans.

AB. Bulbus hujus in summo frigore naturali deprehenso spiritum tenens ad B usque ab A 1933 tales partes, quales capacitas fistulæ BC 96, spiritus tincti.

BC. Fistula ex bulbo sursumeducta, divisa appositu indicis in partes 96 æquales; ut adscendens dilatatus spiritus incrementa caloris notet.

ICON III.

ABC. Thermometrum Fahrenheitianum secundum. Argenti Vivi dilatatu caloris incrementa in atmosphæra notans.

AB. Bulbus hujus in frigore summo naturali deprehenso Argentum Vivum tenens ad B usque ab A 11520 partes, quales capacitas fistulæ BC 96.

BC. Fistula ex bulbo sursumeducta, divisa appositu indicis in 96 partes æquales, ut adscendens dilatatus Mercurius incrementa caloris notet.

ICON IV.

AB. Thermometrum Fahrenheitianum tertium, Pyranthropometrum.

AB. Tubus vitreus perspicuus, undique hermetice clausus, intra quem hæret.

DC. Thermometrum intus liquore tincto, aut Argento Vivo ostendens incrementa, aut decremента caloris.

DE. Bulbus Thermometri.

EG. Collum ejusdem.

EF. Liquor in collo adscensu suo calorem, descensu frigus, notans.

EFG. Charta intra tubum distincta in notas, quæ gradus significant. Hoc Thermometrum, sub axilla, ad pectus sub vestibis, aut in ore diu contentum, calorem hominis explorandum indicat.